Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Legenda Aurea - Cod. Aug. perg. 256

Jacobus <de Voragine>

[S.l.], [14. Jahrh.]

De sancto Mamertino

urn:nbn:de:bsz:31-66161

Visual Library

inclinavit. Quod rex videns exilio ta-
lem sanctum ita divinitus est miratus ut
coram illo prostratus veniam peteret mul-
tisque auctum muneribus sue restituit
civitati. Cum dum prius veniret
et multa incarceratorum turba apertis lo-
cis solutisque vinculis obviavit.
Quadam die dominica dum missas celebra-
ret lapsa est celitus gemma mira in
sanctum calicem quam rex inter suas reli-
quias collocavit. Rex Clotarius
audiens quod campana sancti Stephani in Se-
nonis mirum haberet dulcedinem iussit
ut Parisius deferretur ut ab ipso
sepius audiretur. Sed cum hoc sancto Lu-
po displicuisset mox de urbe Seno-
nica delata est sonus sui dulcedi-
nem perdidit. Quod rex audiens sta-
tim restitui eam iussit statimque sono
reddito insonuit septimo ab urbe
miliario. Itaque sanctus Lupus obviam
pergit et quod dolo perdiderat cum hono-
re recepit. Nocte quadam cum oraret
instinctu dyaboli vehementer sitiens
iussit sibi aquam frigidam deportari. Do-
los autem intelligens inimici pul-
vinar suum super vas posuit et ibi
dyabolum inclusit. Qui tota noc-
te vociferando ululare cepit. Facto
autem mane quidam temptator venerat
in die abcessit. Quadam nocte cum
more solito civitatis ecclesias circu-
isset rediens domum audit clericos
suos rixantes eo quod cum mulieribus
fornicari vellent. Qui ecclesiam in-
trans precibus omnis stimulus temptati-
onis abcessit. Venientesque autem a-b il-
lo veniam postulaverunt. Tandem
miraculis clarus virtutibus in pace qui-
evit. Claruit circa annos domini d. c. lx.

Mamertinus De sancto mamertino dicitur nomine
primo paganus prius cum ydola quedam vene-
raretur oculum unum perdidit et unius ma-
nus ariditatem incurrit. Cumque deos se
offendisse putaret et adorationis ad eo-
rum ydola pergeret obviavit ei vir quidam
religiosus nomine Savinus qui eum unde tan-
tis accidit infirmitatis requisivit.
Cui ait deos meos offendi et ideo eos cur-
te vado ut quod michi abstulerunt michi red-
dant propicii. Cui ait errans frater erras si
demones deos putas. Sed vade ad sanctum
Germanum Altisiodorensem episcopum et si eius
consilio acquieveris continuo sanus eris.
Qui statim iter arripiens venit ad
sepulchrum sancti Amatoris episcopi et pluri-
mos sanctorum. Secessitque propter pluviam noc-
te illa ad quandam cellulam super tumbam
sancti Concordiani collocatam. Cum autem obdormisset
apparuit ei visio quedam mirabilis.
Quod quidam vir venit ad hostium cel-
le eius vocavitque sanctum Concordianum
ut veniret ad festum quod sanctus Peregrinus
et sanctus Amator cum aliis episcopis faciebant.
Cui ille de tumulo respondit: non possum
modo venire quia hospitem quendam hic custo-
dio ne a serpentibus qui hic habitant
occidatur. Ab iis ille quem audierant nun-
tiavit. Reversusque ait: Sancte Concordiane
surge veni et adduc tecum Johannem
acolitum ut officium suum faciat. A-
lexander autem hospitem tuum custo-
diet. Visumque Mamertino fuit quod
sanctus Concordianus apprehensa manu du-
ceret eum secum. Cumque ad eos venisset dixit
ei sanctus Amator quis est iste qui tecum ingre-
ditur? Cui ait hospes meus est. Et ille:
Expelle eum quia pollutus est et nobiscum es-
se non potest. Cui cum expellerent protinus
coram eis sancti Amatoris gratiam impetravit.

c' uisio

Qui iussit ut ad sanctum Germanum pergeret. Festinanter igitur ad sanctum Germanum venit et coram eo prostratus veniam postulabat. Cui cum ea que sibi contigissent enarraret, perrexerunt ambo ad tumbam sancti Concordii et remoto lapide viderunt plures serpentes qui X pedum longitudinem excedebant. Cumque omnes diffugerent, beatus Germanus eis imperavit ut ad talem locum pergant ubi decetero nemini nocere presumant. Sicque Mauritius baptizatus est et sanatus factusque est monachus in monasterio sancti Germani ubi post sanctum Allodium abbas fuit. Hic tempore in eius monasterio sanctus Marianus extitit cuius obedientiam sanctus Mauritius pluries volens vilius officium monasterii ei committere posuit eum pastorem scilicet eum faciens bubalorum. Cum igitur in silva quadam boves et vaccas libenter custodiret tanta sanctitate pollebat quod etiam aves silvestres ad se venientes manu propria nutriebat. Feram et aprum quem ad cellam eius fugat acauly eripuit et abire fecit. Latrones quidam cum eum expoliassent et vestem eius secum ferentes abirent, solum ei palliolum dimiserunt. Qui statim post eos clamavit dicens: Revertimini domini mei. Ecce denarium colligatum in meo pallio inveni quo vobis forsitan necessarium erit. Qui protinus revertentes palliolum cum denario abstulerunt et nudum penitus dimiserunt. Sed cum festinarent ad suas latebras per iter totam noctem errantes, in ipso crepusculo ad eius cellulam sunt reversi. Quos ille salutans in cella sua benigne recepit pedesque eorum lavans victualia prout potuit ministravit. Qui stupefacti de eo quod fecerant doluerunt, unus quoque eorum ad fidem conversus est.

¶ Quadam vice cum quidam viatores monachi secum manentes urse quidam que ovibus insidiabantur laqueos tetendissent, illa in laqueos nocte irruens capta tenebatur. Quod sanctus Mauritius parvus delecto surrexit et eam inveniens dixit illi: Quid facis misera? Fuge ne capiaris; eamque dissolvens dimisit.

¶ Cum autem mortuus fuisset et corpus eius Antisiodorum deportarent, cum fuissent in quadam villa, nullo modo illud inde moveri potuit quousque quidam incarceratus subito fractis vinculis exiliens venit ad corpus et cum aliis illud ad urbem portavit, ubi iuxta sanctum Germanum honorifice est sepultus.

De nomine

Egidius dicitur ab e quod est sine, et geos quod est terra, et dyan quod est clarum sive divinum. Ipse namque fuit sine terra per terrenorum despectionem, clarus per scientie illustrationem, divinus per amorem qui assimulat amantem cum amato.

De sancto Egidio

Egidius atheniensis ex regia stirpe progenitus et sacris litteris ab infantia eruditus, dum quadam die ad ecclesiam pergeret, quendam egrotum in platea iacentem et elemosinam petentem tunicam suam tribuit, qua indutus sanitatem integram mox recepit. Post hec parentibus suis in domino quiescentibus patrimonium suum Christum fecit heredem. Quadam vice dum ab ecclesia rediret, quendam virum a serpente percussum eidem obvius extitit et oratione fusa Egidius penitus intus fugavit.

¶ Quendam demoniacum cum esset in ecclesia cum ceteris consistentem et fideles clamoribus suis turbantem Egidius demone fugato sanavit.

¶ Cum humani favoris formidans periculum clam ad litus maris pergeret et nautas quosdam inmani periclitantes conspiciens